



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De multiplici acceptione boni. H

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

*Hieron. ad
illud. Va
homini illi
per quē fi-
lius hominis
tradetur.
Marc. 14.*

quando in scriptura legitur malum appellari bonum, ut Hieronymus super Marcum: Malum, inquit, Iudæ bonum fuit, scilicet nobis: nec si bonum est illi vel illi, inde sequitur quod simpliciter bonum sit; proprie enim ac simpliciter bonum est, quod in se & facti bonum est.

Quadrupartita est boni acceptio.

Est enim aliquid quod in se bonum est, & cui fit: sed non est bonum facienti, ut cum subuenitur pauperi, sed non propter Deum; & aliquid bonum in se & facienti, sed non ei cui fit, ut cum veritas propter Deum alicui non obediens predicatur, & aliquid in se & facienti, & ei cui fit bonum, ut cum veritas predicatur propter Deum credenti. Unde Apostolus. Bonus odor sumus Deo, aliis odor vitæ, aliis odor mortis. Est autem aliud, quod nec in se bonum est, & facienti nocet, & damnat, nisi poeniteat, ut malum: valet tamen ad aliquid. Ut enim ait Augustinus in Enchiridion. A summe & æqualiter, nec immutabiliter Trin. bona creata sunt omnia: nec summe, nec æqualiter, nec immutabiliter bona, sed tamen bona etiam singula. Simul vero vniuersa valde bona; quia ex omnibus consistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo. In qua etiam illud quod malum dicitur, bene ordinatum, & loco suo positum eminentius commendat bona, ut magis placeant & laudabilia sint, dum comparantur malis. *Quod mala vniuersitati valent & facientibus sua propria, vel patientibus aliena profunt, electis tamen.*

Hinc patet quod ex malis que sunt aliquid prouenit bonum, dum bona magis placent, & laudabilia existunt. Ipsi etiam facientibus, ex malis que faciunt interdum bona proueniunt, si secundum propositum vocati sunt sancti. Talibus enim ut ait Augustinus in I. de correct. & gratia, usque adeo Deus omnia cooperatur in bonum, ut si qui horum deum-

*Aug. c. 9. ad
insem. to. 7.*